

ET MORBILLIS.

riolis, vbi à pustulis oculi non afficiuntur, vtile est res rubras intueri.

39. Victus ratio tenuis esse debet, refrigerandi vi prædi- Alimenta-
ta: ex cibis facilis concoctionis, boni succi, quales sunt cre-
mor hordei, panarella cum iuscule pulli alterato endiu. ace-
tosa &c. Ebullitionis tempore à carne, ouis & vino in soli-
dum temperandum, nisi syncopes metus sit: Et vtendum ali-
mentis refrigerantibus, modicè incrassantibus, quæ aluum
non cohibent, & in morbillis magis ad humectationem ali-
quam vergunt, vt, ptisana hordei cum succo granat. cibus
ex lentibus terelixatis cum succo limo. aut granat. &c. Hinc
procedendum ad ea, quæ naturæ conatum promouent, vt
sunt, hordeatum aut panatel. cum iuscule alterato radice
foenic. apij, passular. ficu. &c. Si adsit vehemens ardor,
emulsione sem. melonum &c. Fugiendi sunt cibi acres, falsi,
nimis pingues & dulces, & sub finem tantum concedendi
sunt cibi solidiores. Potus sit aqua hordei simplex vel deco- Potus-
cta cum passulis: Et in progressu cum ficibus, sem. anisi, foe-
nic. &c. A vino & cereuisia potentiore abstinendum. Pueris
in cereuisia tenuiori suspendi poterit in nodulo cornu cerui
præpara. cum succo scordij, rasuræ eboris &c.

40. Somnus moderatus sit. Verùm initio quando erum- Somnus-
punt, præstat potius vigilare quàm dormire, & corpora in
quiete continere. Pro exercitijs, corpus tantum fricandum:
perturbationes quoq; fugiendæ sunt, præcipuè quæ calorem
natiuum cum sanguine ad interiora reuocant, vt timor, &
mœsticia. Exeretiones consuetæ secundum naturæ modum
procedant: Et si aluus suppressa sit, leui clystere aut balano
subducatur, metu fluxionis alui, quæ in hoc affectu est per-
niciofa.

41. Incipiente morbo, vbi adest sanguinis redundantia, Phleboto-
si vires mi-